Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



61 43

rerant de tra israel puellam puulsam que erat in ob
sequio vxoris naaman. Que aut ad dnam suam
Vtinam fuisset dominus meus ad phetam qui
est in samaria profecto curasset eum a lepra qua
het. Ingressus est itaq; naaman ad dnm suum et nun
tiauit ei dicens. Hec sic locuta est puella de tra israel
dixitq; ei rex syrie. Vade et mittam litas ad regem israel. Qui pfi
cisci tulit secum decem talenta argenti et sex milia aureos et decem mu
tatoria vestimentorum. Detulit litas ad regem israel in hec verba. Cum
accepis epistolam hanc: scito quod miserim ad te naa
man seruum meum. ut cures eum a lepra sua. Cum
q; legisset rex israel litas: scidit vestimenta sua et ait:
numquid deus sum ego: ut occidere possim et viuifi
care. quia iste misit ad me ut curem hominem a lepra
sua. Animaduertite et videte quod occasiones quaerat
aduersum me. Quod cum audisset helyseus vir dei
scidisse videlicet: regem israel vestimenta sua. misit ad
eum dicens. Cur scidisti vestimenta tua? Veniat
ad me: et sciat phetam esse in israel. Venit ergo naa
man cum equis et curribus et stetit ad ostium domus helisei. Mi
sitq; ad eum helyseus nuncium dicens. Vade et la
uare septies in iordane et recipiet sanitatem caro
tua atq; mundaberis. Iratus naaman recedebat di
cens. Putabam quod egrederet ad me. Et stans in
vocaret nomen dei sui: et tangere manu locum sua
lepre et curaret me. Numquid non meliores sunt abana
et pharphar fluuij damasci omnibus aquis israel
ut lauer in eis et mundor. Cum ergo vertisset se et abiret
indignans. accesserunt ad eum serui sui et locuti
sunt ei. Pri et si rem grandem dixisset tibi phetam